

Juramentum Gedanensium.

Ego N. promitto, spondeo et juro, quod Serenissi-  
 mum Principem Dominum Casimirum Regem Po-  
 lonie etc. et suos Successores Reges Regni Polonia  
 suscepi et suscipio in Dominum meum et heredem  
 Terrarum Prussia et Pomerania et presertim Civita-  
 tis Gedanensis, et omnia negocia Cracovia tractata in-  
 ter suam Serenitatem et Ambasiatores Terrarum Prus-  
 sia conclusa, firmiter et inviolabiliter fideliter sine  
 dolo et fraude, omni colore quasito excluso, servare, ac  
 adimplere, et Cruciferis olim Prussia nunquam ad-  
 haerere, nec pacta aut fadera seu inscriptiones cum eis i-  
 nire occulte vel manifeste, sub dicto Domino Rege et  
 suis Successoribus Regibus Polonia in perpetuum  
 fideliter assistere ope, consilio, auxilio et favore, ac sue  
 Serenitatis Personae et Domini damnum avertere, tueri,  
 defendere, et praevenire; sic me Deus adjuvet et haec  
 Sancta Crux.

36

Can. f. 10

Ex libris P. P. P.

10

Faint, illegible text, likely bleed-through from the reverse side of the page.